

2067

C O D I C E S

2068

III. fol. 108. praemittuntur Observata quaedam de Sacramento Eucharistiae, et Missa, rediturque ad *Evangelia* germanica, quorum postremum: *Non turbetur cor uestrum* Joh. C. XIV. v. 1. *Евр берц schol nicht trawrig sein* &c.

IV. fol. 133. p. 2. additur *Benedictionale*, et primum quidem: *In purificatione marie benedictio cereorum*; dein *Benedictio blasialis et atque*; tum *In capite ieiunij Benedictio cinerum*, demum *ἀνεπηγάφως Benedictio palmarum*.

V. a fol. 152. p. 2. finem faciunt primo Commendatio quaedam Festi *Visitationis B. M. V.* et Sermo de *S. Dorothea* in illud: *Signum magnum apparuit in coelo*. Apoc. C. XII. quem in Templo *Canonicorum regul. Viennae* olim ab hac Virgine dicto prolatum fuisse vero simile est.

DCCCXL.

R. 3333 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 99. 4. caractere luculento, et pereleganti, praecipue posteriore parte, scriptus, et minio distinctus continet I. *Περικλοπας Epistolarum* et aliorum Librorum biblicorum harum loco olim in Ecclesiis legi solitas in Festis SS. initio ducto a *Natali S. Silvestri*, cui assignatur ex *Epist. ad Hebr. c. 5. Omnis Pontifex ex hominibus — secundum ordinem Melchisedech*. Anni circulum obeundo nostro more postrema est *Lucia V.* et M. 13. *Dec.* Verum hanc in Codice excipiunt *Rufus*

et *Zosimus* in *Martyrol. Rom. 18. Dec. Tyburtius* ibid. 11. *Aug. Conceptio S. Iohannis Bapt.* de qua nihil in *Martyrol. Quatuor Coronati 8. Nov. Longinus Miles 15. Mart. Transfiguratio Domini 6. Aug.* et *Lectiones de Communi Apost. Mart. Conf. Virg. Sed et per decursum Dies quidam festi minus noti occurrunt, puta: De Inventione Sanguinis Domini, ubi Lectio Apocal. 5. In diebus illis vidi in dextera sedentis in throno librum — et regnabunt in secula seculorum. Cum plura ejusmodi Ostenta ferantur, difficile est statuere, cujusnam hic celebrata fuerit memoria. S. *Gengolfi* seu *Gangulphi M.* in *Martyrol. 11. Maji. SS. Casti et Aemilii MM.* ibid. 22. *Maji S. Magni Sociorumque eius. Si Aquilinum, Geminum, Gelasium et Donatum* intelligas, hodie 4. *Febr.* si vero *Saturninum, Castulum et Lucium, 15. Febr.* si demum *Castum et Maximum, 4. Sept. S. Sylæ* cum addito *Apostoli* hodie 13. *Jul. S. Mansueti et Remagli*, qui prior. *Tullensis Ep.* fuit; alterum quidam *Leodiensem*, alii *Trajectensem* faciunt, 3. *Sept.* sed *Remaclus* abest a *Rom. Martyrologio*. Plura suadent, *Lectionarium istud Augustanae Dioecesi* adcommodatum fuisse.*

Fol. 43. alia manu *Profae*, seu *Sequentiae II. De Sancto Nicolao* musicis accentibus pernotatae, et inter *Notkerianas* non reperiuntur, quarum prior incipit: *Deus fons omnium Rex seculorum tibi persoluimus quicquid nos sumus* &c. Altera: *Exultent filii sponsae domini*

2069

LITURGICI

2070

domini in honore presulis Nycolai magni meriti &c.

Fol. 45. absque Titulo Martyrologium, quod incipit: Jan. Hab. Dies XXXI. uel. XXX. Adscribo speciminis ergo Kalendas. Circumcisio domini nostri Ihesu christi secundum carnem. Et nat. Alamachii. qui iubente alipio urbis prefeſto. cum diceret hodie octauae dominicae dies sunt. cessate a superstitionibus idolorum et sacrificiis pollutis. a gladiatoribus hac de causa occisus est. Romae nat. san-

ctae martine. uxoris sancti Adriani. Romae uia appia. Corone militum. XXX. In oriente Stephani. Romae Martini mon (achi?) In cesaria S. Basili Archiepiscopi. Vetusis Martyrologiis Romanis, Bedae, Adonis et Ufuardi usus est Noster, ut conferenti patet, addens, omit- tens, trajiciens, quin tamen alicui praecipue infisteret. Nemo tamen eorum, quod sciam, S. Martinam uxorem S. Adriani dixit. Mensibus subsequis Nomina variis linguis ita minio praescripta sunt:

	Hebr.	Graec.	Aegypt.	Lat.	Germ.
Febr.	Sabath.	Peritios.	Mechir.	Piscis.	Solmonad.
Mart.	Adar.	Distros.	Famenoth.	Aries.	Redmonat.
Apr.	Nisan.	Xanticos.	Farmuthi.	Taurus.	Eosturmonad.
Maj.	Jair vel Jar.	Artemireos.	Pacho.	Gemin.	Trimilci.
Jun.	Siban.	Dastias.	Pauni.	Cancer.	Lida.
Jul.	Tbamul.	Panemos.	Epifi.	Leo.	Lida.
Aug.	Abus.	Loos.	Messore.	Virgo.	Veodmonad.
Sept.	Elul.	Corpicios.	Tboth.	Libra.	Halecmonad.
Oct.	Proeseri.	Yperbereios.	Faoth.	Scorpius.	Wintirfild.
Nov.	Maresuan.	Dios.	Athir.	Sagittarius.	Blotmonad.

Decembris initium a VI. Kal. usque ad III. Non. excidit. Mensium ad ducta Nomina non ita deformata sunt, ut cognosci nequeant, si Proeseri excipias pro Tisri. Theotisca omnia, quaedam parce detorta, in Scherzii Glossario reperiuntur. Ad solum Augusti nomen haereo, Veodmonad unde deducendum, si modo rite scriptum sit. Seruiit porro Martyrologium istud adnotandae etiam Mortuorum memoriae, quam a prima manu, quae, ut docet Scheda Codici inserta, Luitboldi Monachi est, coeptam, posteri Lunaelacensis Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

ſes aliquamdiu continuarunt. Quorundam tamen Nominum initia praecisis nimium marginibus deperiere. Praeteritis Monachorum, Monialium et Officialium Coenobii Nominibus, cetera praecipua, quae integra sunt, dabo. Januar. I. obiit Diemudis de praitental. V. Diemuot Abbatisa. VI. Bertboldus Abbas, a. 1036. XI. Vtiba Abbatisa. XIV. Chunradus Abbas occisus a. 1145. cui Chronicon Lunael. XV. adsignat. XXVII. Gerhardus Abbas vicini cujusdam Monasterii; nullus enim in Chronico est hoc nomine. Mart. VII. Mæchtel-

T

Mæchtel-

Mæchtildis vidua de casten. XVI. *Adalpertus* Abbas, in Chron. *Albertus* a. 943. *Apr.* III. *Tuota* Abbatissa. VII. *Baltuinus* episcopus, nempe *Salisburg.* a. 1061. X. *Elisabet de velpach.* XVII. *Gaminolt* Abbatissa. XVIII. *Leo* papa, videlicet *Nonus*, cui alii diem 19. adsignant, a. 1054. Item *Gerlind de chesting.* XX. *Weriandus* Abbas XXVI. *Dietfridus* Abbas, neuter *Lunaelacensis* XXVII. *Wodestaus* Archiep. quem *Wladislaum Salisburg.* puto, mortuum a. 1270. *Maj.* XIII. *Sifridus nostre congreg.* Abbas a. 1245. XVII. *Eigilpreht* Episcopus, quem *Engelbertum Pataviens.* credo, qui a. 1069. obiit. Item *Uodalricus* Abbas a. 1071. XX. *Piligrinus* Episcopus, videlicet *Pataviens.* a. 991. XXI. *Gerhardus* Abbas, alterius *Conventus.* *Jun.* X. *Ruotpreht* Abbas, in Chron. *Rudbertus* a. 1115. XVI. *Hartuuicus palatinus.* XVII. *Ranfolt* Abbas alterius *Conventus.* XXIV. *Erchinpreht* Abbas defunctus teste *Chronico* ante a. 831. XXIX. *Ita* Abbatissa. *Jul.* XX. *Gerdrudis de cbremsa.* XXVIII. *Dietmarus* Archiepiscopus, nempe *Salisburg.* a. 901. *Aug.* II. *Hartuuicus* Abbas, non *Lunaelac.* IV. *Hainricus de vntrach occisus.* XII. *Berwürgis de talgaw.* XIV. *Erchanpertus* Abbas, ut videtur, extraneus. XXV. *Sandradas* Abbas pariter extraneus. *Sept.* III. *Dietmarus*

Abbas. V. *Sigimarus* Abbas, neuter *Lunaelac.* XIV. *Adalradus* Abbas, cujus annus e *Chronico* incertus. XIX. *Richolf* Abbas extraneus. XXII. *Puolo* Abbas idem. XXIX. *Fridericus de emutingen.* XXX. *Wolframmus* Abbas, non *Lunaelac.* Oct. IV. *Wicpurc* Abbatissa. XI. *Otto de Reut.* XVI. *Megingoz* Abbas, quem eundem arbitror cum *Meingodo* *Chronici*, mortis anno incerto. XXV. *Timo* Abbas, qui non est in *Serie Lunaelacensium.* XXVIII. *Fridericus Gerstenfis ecclesie* Abbas, *Monasterii* nempe ad *Urbem Styram* nunc pariter sublati. *Nov.* I. *Baltricus* Abbas, nescio, ubi. Item *Gunthero* (sic) *Archiepiscopus*, nempe *Salisburg.* a. 1027. V. *Hazili* Episcopus, fortasse positum pro *Hezelone* seu *Henrico*; sed *Ecclesiam* adsignare non possum. VII. *Ata* Abbas nescio, an *Abbatissa.* Si primum, idem ac *Hatto* vel *Otto*, defunctus a. 804. VIII. *Albricus* Abbas e vicinis. XIII. *Rilint* Abbatissa. *Dec.* quod superest, V. *Hartuuicus* Episcopus, nempe *Pataviens.* a. 866. XI. *Fundator ecclesie Tassilo dux piemorie.* XVII. *Sifridus nostre congreg.* Abbas. Duos hujus nominis habuit *Lunaelacus.* Alterum vidimus ad 13. *Maji.* Unus obiit an. 1245. alter a. 1271. XIX. *Hemma* Abbatissa. Insigni huic *Martyrologio* subjecit *Luitboldus καλ. λυγαφος*

Continet hic plures Christi per nomina testes
Ultima præclare designans tempora uite.